

Receptionem planetæ, quæ pulsatio, commissio, uel donatio uirtutis, uel dispositionis dicitur, concludere. Canon XXVI.




N huius rei iudicio hoc perpetuò est obseruandũ, quòd dominus loci recipit ab aspiciente dignitatẽ suam. Estq; propriè dare uim, cũ planeta existens in aliqua sua dignitate applicat alteri planetæ habenti maiorẽ in eo loco dignitatẽ. Dare naturam dicitur, quando planeta applicat alteri, qui est dominus, domus exaltationis aut triplicitatis loci, in quo est ipse applicans. Est autem in hoc genere triplex differentia. Prima, cum planeta fuerit in dignitate alterius, eundem aspiciens, tunc pulsat, id est, mittit naturam domini, scilicet dignitatis, ad ipsummet dominum, ut ♀ in 3. m. 2. ☿, ibi ♀ committit naturam suam domus & sui termini, ipsi Veneri, & ♀ recipit & retinet, & fortius retinet istam fortitudinem quando in angulo fuerit, quàm in alijs locis cœli. Et ita ♀ potest adhuc consequenter committere uirtutem suam altiori se, si ♀ ipsum superiorem existentem in dignitatibus essentialibus ipsius Veneris aspiciat aliquo aspectu, tunc consequenter Venus committit dispositionem suam ipsi superiori, ut puta Ioui, si ♀ esset in ♄ uel ♃, & in terminis Veneris. Et quantò inferior est debilior, tantò illa receptio uirtutis ipsius superioris est fortior.

Secunda, ut sit planeta in dignitate sua, aspiciens alium, tunc enim illi alij mittit naturam suam, ut ♃ in 7. ♄, ♃ in 7. m. ibi ♃ mittit fortitudinem suam Saturno, cum tamen ♃ nullam dignitatem in loco ♃ habeat.


Tertia, ut sit planeta in dignitate sua, aspiciens alium, qui in eodem loco habet dignitatẽ, ut ☉ in ♄, ☿ in ♃. Ibi mutua est receptio, nam ☉ est in domicilio Martis, qui ibidem habet exaltationem, & Mars in domicilio Solis. Alij autem receptionem in duplici differentia ponunt. Maiorem uocant, quando planeta iungitur alteri per corpus uel aspectum, aut per applicationem, & unus eorum est in domicilio, uel exaltatione alterius, tunc ille, cuius est domus uel exaltatio, recipit alium quasi in suo hospitio, & hanc dicunt esse perfectam & mutuam receptionem, ut in exemplo tertij iam dicti modi. Minorem dicunt fieri ex triplicitate, termino & facie. In hac oportet, ut habeat planeta duas ex minoribus dignitatibus, quoniam ex una non fit receptio, uel unam ex maioribus, ut si aliquis planetarum coniungitur cũ domino domus signi in quo fuerit, uel cum domino exaltationis eiusdem signi, uel cum domino duarum de alijs dignitatibus minoribus, scilicet cum domino termini & triplicitatis, uel cũ domino termini & faciei, uel cum domino faciei, & triplicitatis, siue per corpus siue per aspectum. Tunc planeta, qui est dominus domus signi, uel alicuius dignitatis illius, committit & dat dispositionem & naturam atq; uirtutem suam illi, ut

Ex domicilio.



Ibi ♃ iungitur ♂, & ♂ de domo sua, in qua ♃ est, recipit ♃ & committit ei dispositionem & uirtutem suam.

Ex exaltatione.



Ibi ♃ iungitur ☉, & ☉ de exaltatione sua in qua ♃ est, recipit ♃, & committit ei dispositionem & uirtutem suam.

Ex